



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Hominem ad tentationum victoram à Deo, Angelis, & sanctis iuuari. Cap.
7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Bern. fer.
5. omniū
Sanctorū.
Ep̄bes. 6.
12.

nardus, quia scriptum est: iam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mundi reatores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in celestibus.] Egent planè custodia, qui tam multipliciter non modo cominus, sed eminus appetuntur: & ubi tot pugnae foris, non debent intus deesse timores.] Iustis ergo timendum est, quoniam nunc illis in hac vita securitas à tentatione est. Locum etiam quietis & pacis, permittente Domino, aduersarius spinis & tribulis seminat, ne animus securè dormiat, sed temptationum functionibus stimulatus, pauidus requiescat. Ideoque David ait: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Nam in hac vita, que infirmitas & imbecillitas quarden est, stratum, id est, quietis in turbationem vertitur, dum etiam occulta & à negotiis libera, in quibus paulare solemus, impulsu aliquius temptationis turbantur. Et experimur illud quod ait Iob: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius mactescere facit:] nam in loco quietis, & pacis temptationem sentimus, & ossa virtutum exiccati vento vrenti impugnationis pertimescimus. Ecce tortores licet non ita laui externo aspectu, ut illi corpora trucidabant, at multo magis importuni, quos hucvsque tolerat Dominus, & vixque in finem seculi tolerabit, ut iustis gloria coronam fabrefaciat. Quos animaduertens Leo Papa, elegantissime, ut solet, ad pugnam cum illis incundam instigat. Qui putas, inquit, quin perfecitionem, & nullum tibi cum hostibus esse confictum, in tumulum cordis tui scrutare secretum, & omnes recessus animae tuae diligens explorator ingredere, & vide si nulla te impugnat aduersitas, si nullus tyranus vult in mentis tuae arce dominari. Noli cum auaritia pacem firmare, & iniquorum quaestuum incrementa contemne. Superbie concordiam nega, & magis time in gloriam fuscipi, quam in humilitate calcari. Dislocare ab ira, ne dolorem inflammet inuidia, cupido vindictæ. Renuntia voluntati, auerre ab immunditia, pelle luxuriam, fuge iniquitatem, omite falsitatem, & cum videris te multipli cō habere pugnam, tu quoque imitator martyrum, numerosam quæ victoram.] Hos aduersarios saepe sentimus, & in pace corporis positi à bello mentis non cessamus, quia necesse est ad præmium victorum accipendum, ut prius pugna & lucta probemur.

Sancti itaque omnes tentati sunt, & quia sancti, non vici, & quia non vici, corona donati. Quare temptationum victoria eos in cœlum extulit, & in æternæ corona possessionem inuxit. Nos igitur eandem ingrediamur viam, ut post adeptas glorioas de hoste victorias, cum ipsis pariter coronemur. Vanus puerorum timor & mulierum pusillanimitas, qua statim fugient atque succumbunt, fortium coronam non obtinet, & præmia eorum, qui fortiter dimicant & tandem vicent, vicit à diabolo, & impetu aliquius peccati prostratus non arripit, sed sempiternam sibi infamiam coemitt. Quomodo Apostoli exaltati sunt: Vincentes diabolum, idolatriam destruentes, fidem disseminantes. Quomodo martyres coronati? In fide perseverantes, & principes terra ac eorum tormenta contempnentes. Quomodo pontifices & doctores laudati? Magna, immo incredibilia pro gloria Domini aggredientes, & humanam fragilitatem superantes. Quomodo confessores & anachoreta sanctificati sunt? Superbiā iridentes, ambitionem conculcantes, & inter homines Ange-

Psal. 49.
11.4.

Iob 33. n.
19.

Leo. fer.
de Ma-
chabaeis.

nardus, quia scriptum est: iam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mundi reatores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in celestibus.] Egent planè custodia, qui tam multipliciter non modo cominus, sed eminus appetuntur: & ubi tot pugnae foris, non debent intus deesse timores.] Iustis ergo timendum est, quoniam nunc illis in hac vita securitas à tentatione est. Locum etiam quietis & pacis, permittente Domino, aduersarius spinis & tribulis seminat, ne animus securè dormiat, sed temptationum functionibus stimulatus, pauidus requiescat. Ideoque David ait: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Nam in hac vita, que infirmitas & imbecillitas quarden est, stratum, id est, quietis in turbationem vertitur, dum etiam occulta & à negotiis libera, in quibus paulare solemus, impulsu aliquius temptationis turbantur. Et experimur illud quod ait Iob: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius mactescere facit:] nam in loco quietis, & pacis temptationem sentimus, & ossa virtutum exiccati vento vrenti impugnationis pertimescimus. Ecce tortores licet non ita laui externo aspectu, ut illi corpora trucidabant, at multo magis importuni, quos hucvsque tolerat Dominus, & vixque in finem seculi tolerabit, ut iustis gloria coronam fabrefaciat. Quos animaduertens Leo Papā, elegantissime, ut solet, ad pugnam cum illis incundam instigat. Qui putas, inquit, quin perfecitionem, & nullum tibi cum hostibus esse confictum, in tumulum cordis tui scrutare secretum, & omnes recessus animae tuae diligens explorator ingredere, & vide si nulla te impugnat aduersitas, si nullus tyranus vult in mentis tuae arce dominari. Noli cum auaritia pacem firmare, & iniquorum quaestuum incrementa contemne. Superbie concordiam nega, & magis time in gloriam fuscipi, quam in humilitate calcari. Dislocare ab ira, ne dolorem inflammet inuidia, cupido vindictæ. Renuntia voluntati, auerre ab immunditia, pelle luxuriam, fuge iniquitatem, omite falsitatem, & cum videris te multipli cō habere pugnam, tu quoque imitator martyrum, numerosam quæ victoram.] Hos aduersarios saepe sentimus, & in pace corporis positi à bello mentis non cessamus, quia necesse est ad præmium victorum accipendum, ut prius pugna & lucta probemur.

A

lorum more viuentes. Quomodo virgines coronam adeptæ? Carnem domatæ & facultatibus responetes. Et nos more lepusculorum in fugam versi, & voce tantum hostis exterriti, & primo eius congressu calcati ad illorum gloriam perueniemus, & victorum fertis coronabimur? Quis tantam stultitiam non cum indignatione audiat, aut potius, quis tales provocat audire sustineat? Dics sæculi à vesperi incipiunt, & in manè finiuntur: factumque est vesperè & manè dies unus:] quia vesperam temptationis à nobis vixit, aurora corona sequitur, & post pericula nobis serenitas demonstratur. Nisi præcesserit pugna, inquit Cyprianus, non potest esse victoria, cum fuerit in pugna congreßione victoria, tunc datur vincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non est: conflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor, quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur: & nauis, quæ forti compage solidata est, pulsatur fluctibus, nec foratur: & quando area fruges terit, ventos granata fortia & robusta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapuntur. Sic & Apostolus Paulus, post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & grauiâ tormenta, non vexari, sed emendari sedicit in aduersis, vel dū grauius affligitur, verius comprobetur. Datus est mihi, inquit, stimulus carnis meæ, Angelus Satanae, qui me colaphizet, ut non extollas: propter quod Dominum terrogiavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Quando ergo infirmitas, vel imbecillitas, & vaſtas aliqua graſſatæ, tunc virtus nostra perficitur: tunc fides, si tentata perfliterit, coronatur; sicut scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.] Vide quantis, & quam apud similibus Beatis simus hic pater, & sanctissimus martyris ostendat, temptationum suffientiam atque victoriæ iter esse ad consequendam, atripiendamque coronam! Omnia enim, tum natura genita, tum arte confecta primum laborant, postea quietescunt; principio contrariis resistunt, deinde vincunt; tandem gaudio victoriae perfruuntur: & idem in operibus gratia ordo modis seruat. Labora itaque ut in fine quiescas, resistere vitiis, & impugnationibus diaboli, & omnium aduersiorum animæ te constanter oppone, ut resistendo, & contranitendo victoriæ obtineas, & ex victoria ad præmia victoribus destinata peruenias. Absurdum est enim, & planè ignominiosum inter laborantes ociari, inter perseverantes fugere, inter stantes occumbere, inter fidelitatem seruantes à Deo desiscere, & fidem non esse, & cum laborantibus, perseverantibus, & stantibus, velle post turpem fugam, & infamem coram hostibus casum, ab agonotheta coronari.

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

Gen. 1.5.

Cyprian.
de mor-
talit.

2. Cor. 12.
n.7.

Eccle. 27.

Hominem ad temptationum victoriæ
a Deo, Angelis, & Sanctis
iunari.

C A P V T . V I I .

 N bellis visibilibus atque terrenis, multi victorum gloriam, & fortium præmia considerantes, victoria desideris accenduntur, sed propria imbecillitate pressi, & viribus aduersiorum exterriti, & aliorum auxilio destituti, ab eo, quod cupiebant, aggrediendo

desi

*1. Reg. 17.
2. 4.*
desistunt. Sic Israelitæ viso Philisteo, & sermonibus eius auditis, quibus exprobabat agminibus Israel, fugerunt & absconderunt se ab hostibus suis, quia inuidiores ad pugnandum cum illis semetipso considerarunt.] An eadem est causa nostra, ut a pugna cum aduersariis animæ nos subtrahamus, & viatorum consequi desperemus? Nullo modo: immo si res ista attente considereretur, validissimam manam pro nobis pugnantem videbimus: quæ potentissimè conatus hostium nostrorum obſtitat. Eliseo quidem in ciuitate Dothan, Syrorum acie circundato, famulus eius timere coepit, & periculum imminens inclamat: Propheta vero oravit, dicens: Domine aperi oculos huius, ut videat, qui accepta luce diuinis, & videns copiosum Angelorum exercitum in circuitu Elisci, omnem metu curaque depositum.] O Domine, aperi obſcro oculos nostros, & videamus semel quis nos aduersus diabolum iuuet, quæ auxilia ad victoriam comparandam suppeditet, ut inanem timorem abiciamus, & ad vincendum incitemur.

*4. Reg. 5.
17.*
*Zacharia.
1. 5.*
*Psal. 124.
3.*
*Psal. 26.
1.*
*Exodi
14. 14.*
*1. Para-
5. 25. 8.*
*Judith
6. 15.*

Eliseum Angeli a Domino in auxilium missi cingebant, at nos Deus ipse fortis ac potens circundat, & insuperabilis sua potentia sufficit. Nam & hoc significavit vaticinium Zachariae: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multititudine hominum, & iumentorum in medio eius. Etego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu.] Illa quidem terrena Ierosolyma non carebat muro, sed tanta erat ciuitum multitudine, ut plurimi eorum extra muros habarent, quia tamen fecerit & lati viuebant, quoniam protectione Domini cingebantur. Ita prorsus in Ecclesia, cuius urbs illa fuit imago, quidam intra murum habitant, nempe nos religiosi, qui regulati obseruantia cingimur, quidam extra murum, scilicet saeculares, qui non tanta vita circunspectione, nec status cautela delectantur. At omnibus tam hominibus, quam iumentis, id est, tam sapientibus, quam insipientibus, modò ipsi velint, Dominus est murus ignis, qui eos ab infirmitatibus tentationibus sua protectione defendit. Vnde alibi de eadem Hierosolyma scriptum est: Quoniam montes in circuitu eum, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in seculum.] Murus quidem igneus est tibi Dominus, & anima mea, quoniam ignis illuminat, & tenebras ignorantiae dificit: Dominus autem illuminatio mea; lumen calefacit, & frigus torporis & infirmitatis consumit; Dominus autem salus mea. Cur ergo Syros timebo? Dominus protector vita mea, cur daemones iam ab ipso viatos trepidabo? Non itaque putandum est nos esse in manibus hostium derelictos, aut solos, & subditi vacuos contra illos decertare, quia Dominus ipse pugnat pro nobis, ut in Exodo scriptum est, adeo ut causa mortis, aut vulnerum nostrorum non sit auxiliorum diuinorum vacuitas, sed dominus auxilia contemnitus infida & peruerbia voluntas. Quamobrem meminerimus semper sententiam hominis Dei, qua dixit ad Amasiam: Si putas in robore exercitus bella confistere, supererat faciet Deus, ab hostibus Dei quippe est, & adiuuare, & in fugam conuerte. Nec putemus nos, ne superemur, aduersus infidias diaboli humana virtute pugnare, sed auxilio Domini nisi dimicare, sustinere, & inimicos vincere. Ipse enim, & nos ad bellum roboret, & hostes anima fugat. Sic certè cogitat Israelitarum populus, qui auditis conatus Holofernis non in armis, sed in humiliata deprecatione confidit. Conuersusque ad communem humani generis adiutorem, in hunc modum deprecatus est: Dominus Deus celi & terra, intuire superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem,

A & faciem sanctorum tuorum attende: & ostende quoniam non derelinquis prelumentes de te, & prelumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.] Hos fideliter imitemur, & cum tentamur, ad Deum tantquam ad adiutorium nostrum, & unam nostram spem anchoram recurramus. Sitque nostra fiducia illa Michæl: Exaltabitur Domine manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.] Nostra vero oratio ita se effundat: Indica Domine innocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi, & cetera, quæ sequuntur. Quæ Dominus audiens, statim aderit, & quam petimus de hostibus liberacionem, conceder.

Considerandus tamen est modus, quo Dominum adiutorem experimur, ut eo cognito, lati maiorem de obtinenda victoria fiduciam concipiamus. Ipse quidem intelligentiam docet, voluntatem in spem erigit, fortitudinem subministrat, remedia suppeditat, vires aduersarij ligat, impugnationem extenuat, & tandem tentationis bellum in pacem conuertit. O auxiliator fideiſſime, verè adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, quam multis ac mirabilibus argumentis manifestas, quoniam tu adiutor & protector noster es, & quod aduersarios tuis viribus superamus, ex nostra vero imbecillitate ac pusillanimitate vincimur. Dominus autem intelligentiam docet lege, præceptis, scripturis, & instinctibus suis, neconon & Pralatorum ac maiorum doctrina, ut sciat, quod malum ab aduersario proponatur, & quis laqueus nobis alia cogitantibus præparetur. Ideoque [Deus] dicitur [lux], nam sicut lux occulta detegit, ita ipse laqueos & tendiculos aduersariorum reuelat. Docet etiam quomodo nobis pugnandum sit, & arma arripienda præscribit. Quod beneficium certè maximum commemorat David, cum ait: Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum arcum, brachia mea. Dediti mihi clypeum salutis tuae, & mansuetudo tua multiplicauit me.] Manus docet, & brachia componit: manus quidem docet, ut hostem cominus accidentem iuustus feriat, & brachia in modum arcus tendit, ut aduersarium eminus pugnante auerrat. Offert ipse clypeum salutis, nempe protectionem suam, qua à tentatione seruamur, & nostra merita sua mititate multiplicat, dum nos cadentes erigit, præstatque ut ex casibus nostris, ac lusceptis aliquando vulneribus nostram infirmitatem agnoscamus, & humilitatem ad proficiendum maximè necessariam cumulemus.

E Illuminato autem intellectu, voluntatem in spem vincendi erigit, qua apprimè virilis est ad victoriam in bello coniungendam. Sæpe aduersarios nostros multis & fortes nouimus, & nos infirmos & impotentes aduentur, & tamen intus in corde, Domini verba sentimus: Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias quia ego sum Dominus.] Hodie, id est, in hac vita, aſpicimus sæpe hostes nostros profligatos atque subiectos, & Dominum verè omnium Dominum esse cognoscimus, cui etiam aëreæ potestates & bestiae terra, id est bestiales affectus nostri cordis obediunt. Et (quod certè mirabile est) ipsum ante obtentam victoriam audimus, dicentem: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.] At qui ante victoriam mercedis nobis dandæ recordatur, certè eam ab humana fragilitate obtinendam pollicetur.

Sed erecta per spem voluntate, nos fortes, & alacres ad dimicandum reddit, nam quis non fortiter se gerat dum videt se ab aduersariis timeri? Et quis non

*Michæl
5. 9.
Psal. 34.*

*Psal. 9.
10.*

*1. Ioan. 1.
5.*

*2. Reg.
22. 35.
36.*

*3. Reg.
20. 13.*

Gen. 15. 1.

Nahum
1.7.

Osee 13.
10.

Hier.lib.
3. in O-
séa eod.
cap.

Greg. 6.
mor. cap.
15.

Cassian.
col. 7. c.
22.
Iob 2.

Matt. 8.
n.31.

Apoc. 20.
2.
Aug. lib.
20. de ci-
uit. c.7.

Greg. 32.
mor. cap.
12.

Aug. fer.
179. de
temp.

in spem eos calcandi surigatur? Certè hanc fortitudinem esse velut filiam Ipsi Nahum propheta declarat. Bonus Dominus, inquit, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.] Reicit ille tepidos ad eius occursum imparatos, quibus dicit: Nescio vos. Scit autem id est, complectitur feruidos, qui in ipsum sperant, & fortitudine roboret, ut aduersarios suæ salutis evuantur. Hos reficit pane fortitudinis, ut in hoc spirituali bello superiores evadant. Quod promisit per Oseam, dicens: Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis.] Quid est, ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. [Quid est, ego cognoui te? Explicet id Hieronymus. Ego, inquit, qui conditor omnium sum, cognoui, siue paui te in deserto, & in terra inhabitabili, vbi rerum omnium penuria, vbi nullæ aquæ: dedi tibi manna de celo, & aquarum fontes produxi de terra durissima.] Cognoscere igitur Domini, pascere est, qui præstantes in se pane sustentat, id est, auxilio suo ad superandum fortificat. Ad hoc autem pertinent remedia victoriae obtinenda apta, quæ iusti, Deo donante, conquirunt, de quibus hæc ait Gregorius: Sancti viri quia contra multiformem aduersarium se pugnare confidant, semetipso in certamine multipliciter parant. Habent enim contra famem, diuini verbi pabulum: contra bellum gladium, continentia scutum: contra flagellum lingua, protectionem patientia: contra exterioris calamitatis damnum, interni amoris adiutorium. Vnde miro modo agitur, ut quod eos hostis callidus numerosùs tentat, eo circumspecti Dei milites virtutibus diiores fiant.] Quis hæc remedia & alia similia pene innumerabilia, quæ agmen vitiorum oppugnant à Deo data esse non videat? Et quis coelestibus his armis induitus atque protectus, de fœlici in temptationibus successu diffidat?

His donis anima nostra protegitur, ut tentationi resistat, & contra hostes tentantes insurgat, at in ipsis tentatoribus alia tria dona supradicata commemorata Deo donante consequitur. Alterum est, quo Dominus vires aduersariorum extenuat, & quoque procedere debeant, ita vires nobis concessas non excedant, benignissima pietate definit. Liber de hac re Cassianum docentem audire. Non habere eos potestatem, ait, quenquam hominem laedendi: exemplum beati Iob manifesta ratione demonstrat, vbi non amplius eum tentare audet inimicus, quam diuina ei dispensatione conceditur: & confessio corundem spirituum Euangelicis monumentis inserta, restatur, dicentium: Si cicias nos, mitte nos in gregem pororum.] Qui multo magis credendis sunt in nullo hominum, qui ad imaginem Dei creati sunt, introire pro arbitrio suo posse, cum in animalia mutata, ac immunda ingrediendi absque Dei permisso non haberent potestatem.] Hæc ille. Qui & addit, neminem non solum imperfectorum, verum etiam nec perfectorum illi postea resistere, si omne in illum, quam habet, sine villa mensura, exerceret potestatem. Ac propterea Ioannes diabolum (& idem esto iudicium de aliis aduersariis nostris) non solum, sed ligatum à Christo deserbit. Vidi Angelum, inquit, descendenteum de cælo,] qui vt in confessio est apud Augustinum, significat Christum. & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & Satanás, & ligavit eum per annos mille, nempe, vt vult Gregorius, & alij, per totum gratiæ tempus, quod ab aduentu saluatoris usque ad finem mundi decurrit. Quid autem est diabolum ligari, nisi eius vires debilitari? ne possit nobis nocere, nisi nos ad illum accedamus, vt Augustinus ait, & præua suggestioni consentiamus propriæ voluntatis arbitrii?

A] tri? Alterum donum est, quod ipsam temptationem placat, ne nobis importunitatem eius sustinere nolentibus dominetur. Quod per Christum nobis obuenire ipse per Salomonem mysticè declarat, cum ait: Quando circudabat mari, terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ: cum eo eram cuncta componens.] Ipsam enim æternam sapientiam astisse, cum æternus Pater mari & aquis, nempe tribulationibus ac temptationibus limites posuit, quid est nisi significare nos meritum eius temptationum immicationem obtinuisse, & potestate eorum non fuisse consumptos? Postremum donum est, vt finem belli, & laborum ex eius bonitate recipiamus, quod tempore congruo temptationem nos fatigantem omnino tollit, & optatam pacem concedit. Cum enim placuerint Domino viae hominis, inimicos quoque eius conuerter ad pacem.] Atque istud opus suum esse dicit manifeste per Amos, in hac verba: Ego exterminavi Amorrahūm à facie eorum, cuius altitudo, cedrorum altitudo eius; & fortis ipse quasi querens: & contriu fructum eius defuper & radices eius subter.] Opus namque Dei est fortis armatum profligare arce destruere, qui cordis nostri terram ante posse derat: Opus eius est, diaboli superbiam deiicere, vites confringere, radices, id est, vita, peccatorum semiina euellere; & fructus, hoc est, peccata ipsa exterminare. Verè, Domine, tu adiutor noster es, tu vincis in nobis, tu aduersarios nostrarum salutis conteris, vt non in nobis, sed in te saluatorē nostro gaudeamus, & non in nostra infirmitate, sed in tua virtute gloriemur.

Hoc auxilium Dei satius profectò sufficeret; quo enim alio opus est nobis, si habemus omnipotentem defensorem? At in bonis conferendis nunquam Dominus sufficientia tantum tribuit, sed ad ostendendam immeasam bonitatem, & nullis limitibus clausum amorem, etiam abundantissima dona supra necessitatem impertit. Volut igitur nos ad temptationum victoriā, non solum brachio suo protegi, sed Angelorum quoque & Sanctorum auxilio iuari. Hi enim nobis pugnantibus se comites præbent: hi nos docent & roborant: hi occultis locutionibus ad victoriā accendunt: hi aduersus diabolum pro nostra liberatione clamant. Et sicut, cum canis panem, aut carnem, aut aliquid simile ē conculauit, illum clamantes insequimur, ut teritus os aperiat, & quæ ceperat deglutiire, relinquerit. Ita Angeli & Sancti, cum vident nos arte dæmonis huc illucque iactari, & crudeli eius ora discripi, eum clamoribus arcet à nobis, & a pestiferio mortuus defendunt. Quod ego in Cantico Debore adumbratum inuenio. De cælo, inquit, dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Silaram pugnauerunt.] Cælum namque aduersus aduersarios nostros pro nobis dimicat, quando auxilia, quæ nos tueantur, quasi fulgura, & grandinum lapides in eos iactat: & stellæ (id est, Angeli, vt Rupertus interpretatur, manentes in ordine & cursu suo) pro hominibus pugnant, cum dæmones in nos insurgentes fugant & terrent. Vnde hi sunt illi pastores atq; primates, vt ait Hieronymus, quotum meminist Michaæs Propheta, quos Dominus ad protectionem suorū, & tentatorū destructionē exfuscat. Et eis iste pax, inquit, cum venerit Assyrius in terram nostrā, & quando calauerit in domibus nostris, & sufficiabitibus super eum septem pastores & octo primates homines. Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calauerit in finibus nostris.] O pastores optimos

Angelos

Prov. 8.
29.30.

Prou. 16.
7.

Amos 2.
9..

Iudic. 5.
20.

Ruper. li.
2. nro in
induc.
c.8.

Micah. 5.
nu. 5.6.
Hier.lib.
2. in A-
mos ad. c.
5.

Dion. lib.
de reme-
dis teta-
tion. art.
25.

I.

Acto. 7.
n. 15.

II.

Gen. 3.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

Tobia 8.
n. 33.

IX.

X.

1. Cor. 10.
n. 13.

XI.

XII.

XIII.

Gene. 3.
1.

Greg. 17.
mora. 20.

XIV.

2. Cor. 1.

4.

XV.

Matt. 26.
26.

Tobia 3.
22.

XVI.

XVII.

Psal. 36.
24.

Angelos, & Sanctos omnes, quos Christus pax nostra ad nostram defensionem exfuscat. Nam si venerit diabolus in terram nostram, ut conculceret pranis desiderius, tanquam pedibus terminos cordis nostri; hi primates, atque pastores nos fortitudine & robore, diabolum vero timore & gladio pascent, ut nos videntes & fideles Domino, & illum victimum, acignominia dignum efficiant.

Validissimis ergo auxiliis ad victoriam tentationum protegimur, quae Domino nobis assistente, & iuuantibus Angelis, ac Sanctis assequimur. Sed haec adiutoria, arque praesidia Dionysius Richelius sigillatim explicat, cuius doctrinam tanquam viri plenissimi summarii perstringam, ut quanti, & quam validi adiutores pro nobis pugnant, videamus. Pugnat pro nobis Christus Salvator noster, [stans] vt dixit Stephanus, [ad dexteram Dei,] vt ipsa dispositione, qua visus est, ostendat, quā paratus sit ad auxilium ferendum accurrere. Pugnat pro nobis Beata Virgo, quae mater est nostra, & adiutrix in tribulatione, & [caput] serpentis, id est, suggestionis initia, sua virtute communiat. Pugnant pro nobis Angeli, quibus mandatum est ab eo utique, qui Angelorum est Dominus, ut laqueos deregant, demones arceant, & nos protegant atque custodiant. Pugnant & Sancti, illi praecepū, quos aducatos habemus, & in auxilium vocamus, qui nos invisibiliter consolantur, & subsidia cælestia demissa suppeditant. Succurrit nobis mater Ecclesia, quae fideles, vt filios à genitores fuerit, & ut pia genitrix pro illis apud Dominum interpellat. Subueniunt Prelati, dum tentationes aperiunt, remedia ad pugnandum, & vincendum tanquam arma, conferunt, & vite recte instituta documenta praefabunt. Iuvant proximi tam maiores, quam aequales, seu minores, dum vel bono exemplo ad bellum, & victoriam querendam mouent, vel casibus, & paenit, quas ob sua peccata committerit sunt, à similibus peccatis auertunt. Dominus quoque per se, aut per Angelos sanctos terret, & refrænat demones, & ligat, ac veluti compedibus tenet (sicut Angelus Raphael ligavit demonium in deserto superioris Egypti) ne nobis nocere valeant. Fugat etiam illos, vt saltem ad tempus à tentatione delistant, quo nos vires resumamus, & ad iterum pugnandum roboremur. Tribuit præterea nobis gratiae ac virtutum incrementum, vt deinceps faciliter tentationibus reluetemur; iuxta illud Pauli: Et faciet cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.] Iam ipse bonus Dominus intellectum nostrum illuminat, vt versutias inimicorum, & qualiter sit eis resistendum intelligamus. Iam timore sollicitat, vt succumbere, & vinci, & spoliari, & vulnerari maximè formidemus. Iam contemptibili forma hostem demonstrat, vt audaciū, & animosius sua impugnationi resistamus. Sic agressus est Euani in forma serpentis, & magno Antonio visus est in forma pueri nigerrimi, vrex eius vase, vt inquit Gregorius, homo cognoscet, qualis esset qui intus habitat. Sunte plura subsidia à benignissimo adiutorio concepta. Ita sanè. Nam ipse tentatores consolatur in ipso impugnationis ardore, quod aduentens Paulus ait: Benedic̄t̄ Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra,] ne impulsu incursionis vieti succumbant.] Ipse tranquillitatem affert,] & imperat vētis & mari, vt quietcant, & post tempestatem tranquillum facit, & post fluctum exultationem infundit.] Ipse mentem erigit, confortat, atque corroborat, vt alacriter pugnet, & tentationis molestiam, vt magni luci spiritualis occasio nem admittat. Supponit ille manum suam ne col-

A lidamur:] Suscipit confugientes ad se, ne pereamus, & molestiū corporis tangit, vt à vitiis animæ liberemur.

Quis iam tantis auxiliis fultus non respiret? Quis non se aduersus aduersarios erigat? Quis non de felici arque plenissima victoria confidat?

*Ifa. 54.
7.8.*

Tentari quidem permititur, non ut cedat, sed ut ex pugna meritum sibi conquerat: & ideo tot modis iuauatur, ut diuitiis spiritualibus cumuletur. Hoc enim est, quod Dominus ait per Iesum: Ad punctum in modo dereliquit te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam patrum à te, & in misericordia sempiterna miseris sum tui.] Ad modicum tempus derelinquit nos Dominus, non quia auxilia sua subtrahat, sed quia, vt pugnemus, & erga ipsum fideliciter ostendamus, suam præsentiam occultat. At statim accedit, & nostras cogitationes dispersas, & affectiones vi tentationis dissipatas tecolligit, & in se conuertit. Quasi indignans & iratus se habet, dum ad momentum quasi dormit, nec nostros fletus aut deprecationes exaudiri: sed statim miseratione sempiterna, cuius felicitate in aeternum perfutetur, nobis timentibus & vacillantibus se offert, & ab aduersario, cuius fauibus glutiebamur, benignè defendit. Omnia in bonum nostrum ordinat, qui, vt inquit Gregorius, sanctos suos veniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, & tribulationibus tentat. Si igitur, o anima mea, tam forti, ac fideli adiutore in tentationibus roboraris, quare metuere contraheris? Num quid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perii, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?] Imo spera in Deo, quoniam adhuc conficebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.] Dum illum sanè confiteor, & laude ac oratione mecum refugium agnoscō, salutare meum, quod faciem tristem ac contractam exilarat, & Deum omnipotentem & omnia mala, licet ineuitabilia auertentem exerior.

*Greg. 20.
mor. c.
19.*

*Mich. 8.8
4.9.
Psal. 42.
5.*

*Tentationibus resistendum esse ob magnas
virtutes, quas anima ex vi-
ctoria decerpit.*

C A P V T VIII.

PO S T R E M V M quod ad fortiter dimicandum, milites solēt accendere, & ad victoriam procurandam animare, præmium est, quo solent strenue pugnantes & vincentes cumulati. Quod certe tentationibus reluetant, & eas vincenti non deesse certissimum est. Si enim reges terreni suos milites vincentes præmio afficiunt, cur Rex coelestis in immensum largior rustos suis hostibus reluetantes, eosque deniente non diter atque coronet? Si natura ipsa res sensu, ac ratione carentes, dum sua contraria superant, sine mercede esse non patiunt, & ignem, exempli gratia ligna vincentem audaungit, & eorum materia efficit maiorem, & fortiorē, quare naturę, & gratię author homines liberi arbitrij competes, qui gratia induit liberte delicias respunnt, & de hostibus gloriosè triumphant, sine præmio & mercede relinquunt? Angeli quidem sancti aduersus malos infidolis pugnauit, & statim mercedē victoria, felicitate, ac summi boni possessionē acceperūt. Ac video obterea victoria illa vox exultationis insonuit: Nūc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri.] Quare homines Angelis

*Apoc. 12.
10.*